

*Romae ut dicitur extra portam Salariam rep., est Baltimore (Harry Langford Wilson American journal of philology 31, 1910 p. 35).*

**9430** Casato Carati | fictiliario, filii p. c. (vir sinistra vas tenens, dextram pectori imponens).

*Metz, dudum latebat, denuo prodiit a. 1907 (XIII 590\* inter falsas; Keune Jahrb. der Ges. f. lothring. Gesch. 18, 1906 p. 490 imaginem). Divi falsa credebatur, scilicet pessime descripta a Boissardo auctore malae fidei.*

**9431** Germanus | mulio<sup>1</sup> Reguli.

*Romae, tabella columbarii, incertum quo loco urbis rep. (VI 33884 vidit Huelsen). — 1) Cf. supra N. 7293.*

**9432** Alexander | bucularius<sup>1</sup> de ma|cello q. vixit annis | XXX, anima bona, om|niorum amicus; | dormitio tua inter | dicaeis (candelabrum).

*Romae in coemeterio Iudaeorum ad viam Appiam rep. (Garrucci cim. degli antichi ebrei scoperto in vigna Randanini p. 44). — 1) Bubularium intellegendum esse putat Garruccius, recte ut videtur.*

**9433** Q. Caecilius Caeciliae | Crassi<sup>1</sup> l. Hilarus medicus; | Caecilia duarum | Scriboniarum<sup>2</sup> l. | Eleutheris | ex partem dimidiae (sic) sibi et suis.

*Romae in eodem columbario in quo N. 9424 rep., nuc Baltimore (Gatti Notizie degli scavi 1905 p. 82, bull. comunale 1905 p. 169; Wilson American journal of philology 1910 p. 34). — 1) Eadem Caecilia Crassi supra N. 881. 9424. Nuptam fuisse M. Crasso, M. Crassi triumviri filio maiori, probare studuit Huelsen Neue Heidelb. Jahrb. 6, 1896 p. 54 seq. — 2) Scribonias esse uxores Caesaris Octaviani et Sec. Pompeii, L. Scribonii Libonis consulis a. u. c. 720 sororem et filiam, coniecit Gattius. Quomodo liberta earum Caecilia appellari potuerit, incertum.*

**9434** C. Mattio Lygdamo | medico Sattiae<sup>1</sup>, | vix. ann. LXXVI, | Mattia Moschis | patrono isde coniugi, | T. Flavio Aug. l. Martia|li coiugi suo | sibi posterisq. suis.

*Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 9590 saepius descripta saec. XVII—XIX). — 1) Eadem ut videtur femina, quae vitam usque ad nonagesimum nonum annum produxit, memoratur Martial. 3, 93, 20. Plin. h. n. 7, 158. Seneca ep. 77, 20 (Huelsen Mus. Rhen. 63, 1908 p. 634).*

**9435** (protomae duae; inter eas capsula) d. m. | . . [C]incio T. lib. | [Ba]sili vix. | [a]n. XXII et | [P.] Vedio P. lib. | [Th]repto medi|[c]o interf. a Taur.<sup>1</sup>, | [Ci]ncius Epictet[us] | co|llibert. et amico | f. c.

*Chersonesi (Rostowzew iŭvĕstija Imp. arch. Komm. 27, 1908 p. 55). — 1) Tales mortes vide etiam supra N. 8500 seq. De Tauris cf. Strab. 7 p. 308; Tac. ann. 12, 17.*

*Medicorum mentio etiam infra N. 9441; adde N. 9442 not. 4.*